

1681 [= 1524] tabula aerea alta et larga c. palm. 1, Benevento Romam, inde a. 1810 missa Parisios.

IMPP · LICINIO VALERIANO p. C. 257
 AVG III LICINIO GALLIENO AVG III
 COS · IDIBVS · MARTIS
 QVOD · COEPTVM · STVDI IVVENVM
 5 CVLTVRVM · DEI · HERCVLIS · MAIORES
 RETVLERVNT PATRONVM COOPTANDVM
 PLVS SPERAMVS BENEFICIA VBERIORA
 POS SE CONSEQUITVROS CVIVS IN PRAETE
 RITO SVMMA DIGNATIONEM SENSIMVS ET IDE
 10 O COOPTAMVS RVTILIVM VIATOREM PA
 TRONVM CVM IIS QVI INFRA S S NONIVM GRA
 TILIANVM C V ET EGNATIVM SATTIANVM C V
 PLEROSQVE SPLENDIDOS EQVITES ROMANOS
 ET CONCVRIALES EIVSDEM VIATORIS QVI NOS
 15 DIGNATIONE SVA ET MERITA PROVOCAVE
 RVNT OFFERRE PER NVMERIVM NVMERIA
 NVM ATTIC · ET MAIORES EORVM

Fea *framm. di fasti* Roma 1820 p. LXII p. 13 n. 46. Vidit praeterea Borghesius et Feae exemplum probavit, nisi quod 6 hic legit COOPTANDVM.

Impm. Licinio Valeriano Aug. III, Licinio Gallieno Aug. III cos. idibus Martis. Quod coeptum studi iuvenum cultorum dei Herculis maiores retulerunt patronum cooptandum [Rutilium Viatorem addendum fuit]: plus speramus beneficia uberiora pos se [debut esse post nos] consequituros, cuius in praeterito summa(m) dignationem sensimus, et ideo cooptamus Rutilium Viatorem patronum cum iis qui infra s(cripti) s(unt) Nonium Gratilianum c(larissimum) v(irum) et Egnatium Sattianum c(larissimum) v(irum) [et addi debuit] plerosque splendidos equites Romanos et concuriales eiusdem Viatoris, qui nos [per ins.] dignationem(m) sua(m) et merita provocaverunt. [Placuit decretum iis similiave exciderunt] offerre per Numerium Numerianum Attic(um?) et maiores eorum [immo nostros]. Cum sic fere oratio instituenda esset retulerunt patronum cooptandum esse illum, sperare se beneficia uberiora sic ab eo postea se consecuturos, translata est quodammodo a referentibus ad decernentes et ita confusa ut supra legitur.

1682 [= 1525] Beneventi prope porticum Rotundorum VERVS.; presso la casa di Capobianchi, che fu degli Mascanbruni NIC. PACCA; in atrio aedium de Vitae VITA.

VESEDIO · RVFINO
 V · P · ADVOCATO · FISCO ·
 SVMME · REI · IVDICIO ·
 SACRO · PROMOTO · PATRO
 5 NO · SPLEDID · CIVITATIS · BENE sic
 VENT · ET · PVTEOLANORVM
 PATRONO · STVDIORVM · III ·
 MARTESIVM · VERZOBIVM ·
 ET · MARTESIVM · PALLADIA
 10 NORVM · ET · I
 ///////////////////////////////////
 ///////////////////////////////////
 ///////////////////////////////////
 ///////////////////////////////////

Descripsi ego; recognovimus Hirschfeld, ego, Dressel. Verusius R. f. 69, B. f. 24; de Vita p. 168 et 212 et cl. VI n. 1 (inde Donat. 333, 10); Garrucci Ben. p. 167. Orelli 4124.

Quod ait Garruccius 6 fin. legi non RVN, sed RIMC, item 10 post ET quod adiecit Martesivm augustinorum EI MARTesivm in fraforanum mera somnia sunt.

1684 [= 1527] Beneventi prope Paccam VERVS. Via S. Filippo n. 5.

CRISPINI ·
 C · VIBIO · CRIS
 PINO · AB AVO
 ET · MAIORIBVS
 5 COLLEGI ET CIVI
 TATIS PATRONO
 COLLEGIVM · MAR
 TENSE · VERZO
 BIANVM

Recognoverunt Brunn, Hirschfeld, Dressel. Verusius R. f. 12, B. f. 25 (inde de Vita p. 159 et cl. VI n. 7; ex hoc Donat. 233, 4); Garrucci diss. arch. 1, 184, Ben. p. 166; Orelli 4128.

1683 [= 1526] Beneventi in angulo S. Francisci GVALT.; prope S. Catherinae porticum VER. (Rom.); via publica prope S. Antonium VER. (Ber.); in angulo viae mediae qua divertitur ad S. Francisci DE VITA. Ad S. Antonii EGO. Corso Garibaldi n. 250 DRESSSEL.

N E B V L I
 C · VESEDIO · RVFINO PERF
 ET · PRAESTANTISSIMO · VIRO
 FILIO · VESEDI · IVSTI · INLVSTR
 5 ET · PRINCIPALIS · VIRI · BEVE
 VENTANAE CIVITATIS I
 deficiunt versus circiter decem
 PATRONO
 STVDIVM · PALLADIANVM

descripsi et recognovi. Viderunt item Hirschfeld et Dressel. Gualterus n. 100; Verusius R. f. 70, B. f. 24; de Vita p. 213 et cl. VI n. 2 (ex eo Donat. 344, 2); Poccocke n. 21; Garrucci Ben. p. 166; Orell. 4125. Recte non leguntur nisi versus 4—6, quae totius basis fere tertia pars est. Gualterus finit v. 6. Verusius legit in fine tituliPR...D.....ONADIONO (inde D...O-PATRONO fecit Vita) | STVDIVM·PALLADIANVM, eaque lectio, scilicet a Vita emendata, mihi in re praesenti probabilis visa est. Dresselius secundis curis deprehendit in lapide I/ONO | /M/PALLADIANVM. Garruccius inde a v. 6 sic edidit: VENTANAE CIVITATIS AL/VOCATO ET FACT FISCO SVMM | RATIONAL VRBIS ROMAE SACRA | AVCTORITATE PROMOTO|...|...|.....TRIA|...|.....IAE| ... | PATRONO | STVDIVM PALLADIANVM. Sed haec ficticia sunt petita fere ex eiusdem hominis titulo altero n. 1682 male mutato. *Advocatus fisci summae rei iudicio sacro promotus* ut recte procedit, ita *advocatus et factor fisci summarum, rationalis urbis Romae* non tam sacra auctoritate officium eiusmodi adsecutus est quam temeraria editoris parum fidi hallucinatione. Nihilominus ne quid neglegerem accepto Garruccii libro Dresselium nostrum ipsum lapidem denuo inspicere iussi et cum Garrucciano exemplo conferre. Quod cum fecisset, nuntiavit v. 7 vestigia quaedam sibi apparuisse talia fere: VCC/r/r/|||/c/|||/sv/v/, sed ea dubia omnia excepta v sub finem; reliqua qui legeret usque ad versum paenultimum, eum aut vatem esse aut hariolatore.

1685 [= 1529] Beneventi paulo superius eodem vico [praecedit n. 1614] MET. Extra hortum Iacobi de Terragnolis GVALT. Prope Morras VER. Via S. Dominici n. 10.

VERZOBIO
 C · VMBRIO · EVDRASTO · C · F
 STEL · PATRONO · COLONIAE
 BENEVENTANORVM · LAR
 5 GISSIMO · ADQVE HONORIFI
 CENTISSIMO · VIRO
 QVOD · IS · A · SOLO · CANOPVM · PRO
 PRIIS · SVMPTIBVS · FECERIT
 COLLEGIVM · MARTENSIVM
 10 INFRAFORANVM · MEMOR ·
 LIBERALITATIS · ET · HONORIFICEN
 TIAE · EIVS · PATRONO · PRAES
 TANTISSIMO · POSVIT ·

(cetera terra obruta sunt), 4—6 solos Gualt. — 8 PERFECERIT errore Verus. cum Pac. et Vita. — 11 in HONORIFICENT finit Verusius cum asseclis.

Descripsi ego, recognovimus Hirschfeld, ego, Dressel. Sim. Vallambertus apud Metellum Vat. 6039 f. 364; Gualterus n. 4; Verusius R. f. 42, B. f. 24 (inde Pacichelli *mem. de viaggi* 1685 t. IV p. 2 p. 197, *lett. fam.* 1, 55; ex hoc Mur. 2016, 4 per Dominicum Brichierium Columbum; de Vita p. 169 et cl. VI n. 3; Donat. 233, 3 ex Vita); Garrucci Benev. p. 165. Orelli 4126.

Quae ego non vidi, exhibui inclinatis. — 2. 3. 4 solos eosque non integros habet Vall.

XLII. AEQVVM TVTICVM (p. 122).

ad n. 1444. Refert Mazochius syll. ms. acceptam a Richardo Gagliardi, repertam dicens *alla Molinara* a. 1736, stare ibi sub cruce ante forum. — 5 SEQVNDVS litteris EQ ligatis. — In lateribus sunt patera et urceus.

XLIV. PAGVS VEIANVS (p. 133).

ad n. 1511. Edidit de Agostini apud Fiorellium *Notizie degli scavi* 1877 p. 93. Observat P. Camurium Fortunatum recenseri in tabula alimentaria n. 1455 (2, 59) dominum *fundi Lusiani et casae Popillianicae pago Mefano*; eum pagum ibi fuisse videri, ubi titulus hic inventus est, id est in praedio Sabetti extra Pagum chiliom. I a ripa dextra Tamari in loco dicto *le grotte* sparso vestigiis aetatis Romanae.

XLV. BENEVENTVM (p. 136).

Adici potuit locus Symmachi ep. 1, 3: *urbs (Beneventum) cum maxima sit, singuli eius optimales visi mihi sunt urbe maiores, amantes litterarum morumque mirabiles. Deos magna pars veneratur. Privatam pecuniam pro civitatis ornatu certatim fatigant: nam postquam terra movit, nihil paene illis reliqui factum est, sed fractae opes infractos animos reppererunt: pro se quisque operam boni civis affectat.*

ad p. 144. XXV. Professor F. Corazzini in fasciculo primo inscripto *annali del museo d' antichità e della Biblioteca Beneventana* (Beneventi 1876. 8. pp. 38; continuatio non prodiit) edidit titulos adservatos eo

tempore in lyceo Beneventano n. 1556. 1573. 1578. 1580. 1636. 1670. 1709. 1716. 1720. 1721. 1730. 1746. 1748. 1791. 1810. 1849. 1821. 1834. 1842. 1852. 1866. 1868. 1875. 1884. 1887. 1896. 1907. 1914. 1917. 1921. 1926. 1943. 1945. 1947. 1949. 1962. 1985. 1994. 1999. 2015. 2017. 2024. 2026. 2033. 2040. 2061. Libellus ad me adlatus, dum Beneventana imprimebantur, in corpore operis adhibitus est, sed remanserunt quaedam repetita inde in his additamentis.

ad n. 1567. Est etiam in cod. Senensi C. III. 27 f. 44'; item ex de Vita apud Donatum 352, 8.

ad n. 1575. Est in codice Senensi C. III. 27 f. 48 ex ipso lapide ut videtur descripta. Versus recte dividuntur. — Legitur 2 V·C] III — 3 AIOVITA — 5 seq. descriptos non habui.

ad n. 1626. Garruccius Ben. p. 116 adscripsit 'da me trascritta', syll. n. 1621 'ex Verusio p. 41'; quod adnotavi, ut caveant lectores a neglegentia hominis.

ad n. 1681. Repetivit Henzen syll. n. 6414.

ad n. 1703. Refert ex Manutio Ligorius Taur. 18.

ad n. 1720. Corazzini in ed. legit 4 MARCHI, 4 F pro FR.

ad n. 1735. Ex de Vita repetivit Donatus 352, 7.

ad n. 1802. Sub praescriptione '(Romae) trans Tiberim in aede D. Servatoris' legitur apud Manutium cod. Vat. 5237 f. 178'.

ad n. 1926. Iam in lyceo. Corazzini in ed. legit 2 PHILSIA·///S.

ad n. 1931. Columna per longitudinem secta et transversim inscripta olim Verusio visa, nuper denuo prodiit, cum aedes extruuntur prope ecclesiam S. Iohannis; iacet ibidem. Dressel descripsit sic:

in parte summa lapidis rotunda litteris maioribus, sed levius incisus et aetatis quae videntur posterioris

PIETAS MAR
TENSVM sic

D HISPANIAE · POMPONIÆ M
Q · V · AN · XXVII · M · X · D · XV
5 CONIVGI · INCONPARABILI PON
TIVS PRISCVS MARITVS B M F

Inscriptionem superiorem Verusius non refert. Apparet inde collegium Martensium suorum funerandorum curam egisse; nam etsi posterioris temporis est, hic quoque titulus sine dubio ipse ad sepulcrum pertinuit.

ad n. 1940. Nicastro apud Verusium praescribit haec 'in villa nobilium de Rendina in nurue (?) S. Felicis in magno lapide occidentem versus.'

ad n. 1983. Refert Alciatus cod. Feae f. 77 loco non adscripto.

ad n. 1987. Gruterus refert 833, 1. Accedunt Donius cod. Barb. p. 120 ex libro ant. ms.; Malvasia p. 251 ex schedis Vaticanis; Fabrett. 256, 77 ex Barberinis.

ad n. 2045. Refert item Ferrarinus cod. Paris. f. 37 sub praescriptione 'Bononiae habita a uno Hispano', legens: INFELIX FATVM PRIOR DEBVIT MATER MORI.